

Anno Domini M. CC. XCIV. Frater Petrus de Murone electus fuit in Papam Celestinum V. Cardinalibus existentibus apud Perusium, & coronatus apud Apuliam Civitatem Terræ Abrucii. Qui Papa eodem anno renunciavit Papatum in manibus Cardinalium. Eodem anno creatus fuit Bonifacius Papa, cui prophetatum fuit per Papam Celestinum, ut regnaret ut Leo, intraret ut vulpis, moreretur ut canis. Quod totum verum fuit; quia ipse Papa Bonifacius intravit ut vulpis, & regnavit ut Leo, mortuus est ut canis.

Anno Domini M. CC. XCVIII. die VIII. exeunte Majo, in die Sancto Pentecostes, & aliis duobus diebus sequentibus facta fuit representatio ludi Christi in Curia Domini Patriarchæ Austriæ Civitatis honorifice & laudabiliter per Clerum.

Anno Domini M. CC. XCIX. die sexto exeunte Februario in Castro Utinensi Raymundus Patriarcha Aquilegensis obiit in Domino; qui sedet in Patriarchatu XXV. annis, mensem unum, & diebus XVII. Eodem anno electus fuit D. Conradus Dux Poloniæ in Patriarcham Aquilegensis. Eodem anno venit Venerab. Pater D. Petrus Patriarcha in Foro Julii circa Festum S. Michaelis, confirmatus per Papam Bonifacium.

Eodem anno in mense Maii Communitas Civitatis emit tres domos, quæ erant prope forum, & domum Martini Longi pro ampliando & ipsas domos diruerunt eodem anno.

Anno Domini M. CC. XCIX. in Festo S. Joannis Baptistæ in aurora diei fulgur percussit in majiori Turri Ecclesiæ Civitatis, & pervenit ad terram Crucem; & interfecit Jacobum Subdiacolum, qui erat Monachus ante Altare S. Paulini in choro. Et sciendum est, quod plures de Dominis occidisset: sed in choro non erant, quia in sero dixerant Matutinas.

Anno Domini M. CCC. SS. Papa Bonifacius IV. (a) qui destruxit totaliter illos de Columna, concessit & dedit omnibus vere penitentibus & confessis, qui limina Apostolorum Petri & Pauli visitabant, a Festo Nativitatis Domini usque ad unum annum, & qui stabant Romæ continuis XV. diebus, visitando loca Sancta, Indulgentiam omnium peccatorum suorum. Ad quam Indulgentiam ivit populus sine numero.

Anno Domini M. CCC. I. die X. exeunte Februario, Ven. Pater D. Petrus Aquilegensis Patriarcha obiit in Castro Utinensi: & sepultus fuit ibidem in Capella S. Mariæ.

Eodem anno in Vigilia S. Odorici fuit in Civitate & circa tam magna tempestas, quæ destruxit quasi omnia, quæ erant circa Civitatem: & fuit grossa sicut ova.

Anno Domini M. CCC. II. penultimo die mensis Martii, SS. Papa Bonifacius contulit Patriarchatum Aquilegensis Ottobono, tunc Episcopo Paduano. Qui D. Ottobonus venit in Forum Julii, videlicet Utinum, die X. exeunte Augusto.

Anno Domini M. CCC. III. factæ fuerunt per Clerum, seu Capitulum Civitatis representationes infra scriptæ. In primis de creatione primorum parentum, deinde de Annunciatione B. Virginis, de Nativitate Domini, & aliis multis de passione Christi, resurrectione, & ascensione, de adventu Spiritus Sancti, & Antichristo, ac aliis, & de adventu Christi ad iudicium. Et prædicta facta fuerunt solemniter in Curia Domini Patriarchæ in Festo Pentecostes cum aliis duobus diebus sequentibus, præsentante Reverendo D. Ottobono Patriarcha Aquilegensis, & D. Jacobo Episcopo Concordiensi, & aliis multis Nobilibus de Foro Julii.

(a) VIII.

Eodem anno die XII. intrante Junio circa mediam noctem exivit ignis de domo Boni prope portam Pontis Austriæ Civitatis deintus versus Orientem, in qua morabatur quidam Tuscus nomine Augustinus: & combussit omnes domos D. Bernardi Decani, domos D. Henrici de Pramberch cum Turri, quæ fuerunt D. Gerardini Militis, & illorum de Orzono; & omnes domos ab utraque parte, usque adviam qua itur Pusternulam, & usque ad Fratres Minores ab utraque parte; & domos Domini Abbatis Rosacensis, & domos dictorum Fratrum cum omnibus domibus Curia, quæ dicebatur Curia D. Abbodoti: quod quasi impossibile est dicere.

Anno Domini M. CCC. V. in Festo S. Blasii cepit ningere: & fuit illa nix tam magna, quia non fuit homo qui dixerit, se tam magnam nivem vidisse in Foro Julii. Quæ fecit damnum grande, specialiter pro miseris: & destruxit in Tulmino villas & domos quamplures, ubi mortui sunt homines, & bestiarum multæ. Et factum fuit de nive ipsa in claustris Majoris Ecclesiæ Civitatis unum magnum Castrum cum uno leone desuper: & ignis novus factus fuit in Sabbato Sancto super dicta nive. Quæ nix duravit bene XV. diebus in Aprili.

Eodem anno die ultimo Junii, Nobilis Vir D. Rizzardus de Camino, cum magna multitudo equitum & peditum, obsedit Castrum de Speigibberch; in cuius subsidium & juvamen miserunt, & fuerunt personaliter, Domini Marchio Ferrariensis gentem suam; Henricus Goriciæ, & Maynardus de Ortumbuch Comites, cognati dicti D. Rizzardi; Dux Karinthiæ misit gentem suam. Foro Julienfes quasi omnes venerunt in subsidium D. Rizzardi. Et omnibus ibidem congregatis, inceperunt machinis, ballistis, & aliis edificiis expugnare dictum locum. Circa quem locum D. Rizzardus cum gente prædicta stetit XV. septimanis, & ipsum habere non potuit. Et quia in ipso loco erant quamplures Nobiles, & boni Magistri, inter quos Magistros erat Magister Gerardinus, qui erat optimus Magister, qui sua sagacitate combussit turrim lignorum, quam extrinsece fecerunt: fueruntque in dicto exercitu, ut dicebatur, XV. millia hominum bene armati. Quem locum tamen sub certis pactis D. Rizzardo prædicto sponte dederunt.

Anno Domini M. CCC. VI. die XI. Aprilis, Nobilis Vir D. Conradus de Ouytain venit Utinum in auxilium D. Ottoboni Patriarchæ cum magna gente equitum. Qui D. Conradus erat Capitaneus Ducis Karinthiæ, & de ipsius voluntate & consensu venit in Forum Julii; & XIV. die Aprilis Vener. Pater D. Ottobonus Patriarcha una cum illo de Ouytain, & Communitatibus, & paucis de Castellanis obsederunt Castrum Budrii: & tertia die sequenti summo mane expugnaverunt ipsum Castrum, & ante auroram ipsum ceperunt, nullo Dei gratia de nostris ibi mortuo. Ceperunt autem D. Nicolaum, & fratres & Milites ex gente Domini Comitis fuerunt capti bene C. XXX. & plures, & ducti fuerunt Utinum. Deinde Dominus Patriarcha dedit illi de Ouytain ex Theotonicis quosdam; & fecit duci in Karinthiam illos de Budrio cum quibusdam Theotonicis; & Lupō nepote D. Asquini de Varmo fecit recludi in Turri de Glemona: & statim capto Castro illud combusserunt, & in craftino de Dominico cum aliis Magistris ipsum funditus diruerunt.

Eodem anno dictus D. Ottobonus Patriarcha cum exercitu suo obsedit Castrum Porpeti. . . . D. Ar.

Legimus in libro de...

in vii. et spiritus non de Antiochia antequam in Forojulium (cf. obm.)
in vii. et spiritus non de Antiochia antequam in Forojulium (cf. obm.)
Legimus in libro de...

de igne in Runt
antiochia ad portam
horte

1/2

1/5

de grande nial

1/2
promiseris

de captione Speigibberch
per dominum Rizzardum
omni de Camino

quasi omnes
1/2

1/2

quod

1/2

1/2

de adventu illius de Budrio
et capto de Budrio

1/2
1/2
1/2

1/2
1/2
1/2

1/2
1/2
1/2

1/2
1/2
1/2

1/2
1/2
1/2

1/2
1/2
1/2

1/2
1/2
1/2